



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**


V. De affectuum liberorum Dei extensiuâ, quoad durationem,
magnitudine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

eius exercitium liberum, sed solum possibile contingenter: in quo, & negationis suae actualis, & exercitii possibilitas (vnde cumque apponi à voluntate possit) & contingentia continetur. Ex qua utriusque extremi contingentis propositione constat alterutrum bonitatem solum proponi in utroque extremo, & in alterutro solummodo possibilem, & ex utriusque defectibilitate, in quouis eorum defectibilem: quod satis est, ut neutrum ex illis amari necessario à Deo debeat: sicuti amari necessaria omnia debent: ut autem aliquid non ametur necessario non est opus mali aliquid positum habere: sed non esse necessario bonum, sed contingens à contingentia sui: & si non bonitatis, qua, casu quo fuerit, bonum erit.

8. Præterquam quod defectus extrinseci boni, & convenientiae, ob quam hæc volitio (ex qua velis libertatem) à Deo non erit, sed eius potius negatio, satis boni oppositi, quod hic, & nunc ipsi non adest erit, ut volitione illa voluntas Dei ablineat, purèque omittat, sicuti, & satis est, ut omittat illam volitionem, cum ob eandem bonitatem, & convenientiam extrinsecam, ex libertate contrarietatis non illam volitionem liberam apponit Deus; sed aduersam in aduersariorum sententia: illud de defectu gaudij de illa volitione finisolum est: nam cum volitio ipsa contingens sit, & cuius defectus imperfectionem in Deo, seu perfectionis diuinæ imminutionem non arguat, ita neque reflexi gaudij illius (quod è sui etiam obiecti contingentia est contingens) defectus diuinam minuet perfectionem, nedum Deo imperfectionem appingeret. Adde etque Deum de vero suo exercitio libero in omissione pura volitionis illius letari posse; imò, & de facto gaudere ob eius, tum moralem, tum ob physicam bonitatem, cum pro suo arbitrio contigerit, ac de ipsa libera volitione, quæ omittitur, ut diximus inu. 5. & 6.

9. Denique leuissime opponit idem author: non processum Spiritum Sanctum ex omni exercitio libero voluntatis diuinæ si purè Deus è contradictionis libertate omittat; cum è carentia pura voluntatis, & volitionis procedere nequeat: etenim si de processione perse quarto modo Spiritus Sancti loquatur, exercitio illum libero aliquo procedere absurdum, & censura dignum erit, si asseratur, si materialiter solum, & identice potius inferatur negatio exercitio libero contradictionis voluntati diuinæ non procedere illum ex omni exercitio libero, quam si hoc etiam exercitium liberum admittatur: iam dixi purè, quam in Deo omissionem admittimus omnes, positum volitionis necessarè includere, & positum indifferentiam voluntatis diuinæ in actu primo, omnium etiam sententia, quo ratio tacta cessat: quomodo autem volitionis, qua qua libera, omittio, quæ eius, qua talis, puram carentiam sonat, diuinæ voluntati, & volitioni identificetur, Mysteriorum libertatis diuinorum actuum est: nec minori difficultate in identitate in aduersis seque mutuo excludentibus volitionibus diuinis q. 6. explicandum; si status viæ plenam eius difficultatis complanationem, & explanationem assequi possit.



QVÆSTIO V.

De affectuum liberorum Dei extensua, quoad durationem, magnitudine.

QVæstionem circa necessariam affectuum diuinorum tota æternitate durationem à Theologis antiquioribus suppositam potius, quam ex instituto disputatam Recentiores motis, ac expensis hinc inde difficultatibus iusto longiorem fecerunt; nobis autem iusta dignam disputationem: ex duplici autem capite necessaria volitionis libera per totam Dei æternitatem duratio in quæstionem videtur vocari. Primum, quia semel habita per liberam aliam contrariam à Deo, vel de se, siquæ præcisa libertate, vel etiam motibus aliquibus occurrentibus conceptam deficiat: sicuti primo non ipsa, sed eius loco opposita libertate contrarietatis concipi à Deo potuit. Secundo quia è Dei libertate contradictionis, quam q. 4. statuimus,

vel in tempore incipere, vel succedente, aut succedente tempore omitti pure à Deo possit ac cessare: nullo modo tempore libera Dei volitio hinc ex libertate contradictionis, siue contrarietatis à Deo habita, libera non est: quare ita esse pro quouis instanti temporis debet, ut absolute pro priori naturæ ad eius in actu secundo positionem potuerit non esse: quare etiam suppositione quod in hoc instanti sit consequenti impossibilitate non effugueat; absolute tamen in secundo pro priori, ad eius in ipso positionem non esse poterit ex alterutra libertate ita in primo fuit, ut pro priori illo signo non esse absolute potuerit: utrinque ergo examinanda in presentiarum quæstio erit.

CERTAMEN I.

Ex diuina volitionis libera positua retractione per aduersam nequit libera Dei volitio cessare per scripturam, & Patres.

1. **C**onclusio hæc domatice est à nullo Catholico Doctore negata num. 23. non est Deus, quæsi homo ut mentitur: neque, ut filius hominis ut muerit. 2. Reg. 15. Triumphator in Israel non pariet, & p. autem non flebitur. Neque enim homo est, ut agat penitentiam. Illud, verbum autem (voluntatis prædictum) Domini manet in æternum: & 46. Consilium meum (decretum) si autem & voluntas mea. &c. Malach. 3. ego Dominus, & non maneo. Prou. 19. Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini in æternum manet. Iac. 1. sp. quæ non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio: agit autem de voluntate donandi nobis spiritualia dona, & regenerationem per baptismum. Ad Hebr. 6. 5. in quo abundantiæ valem Deus ostendere pollicitationis hereditas immobilis est: filij sui interposuit iniuriandum: ut per duas res immobilis (nempe pollicitationem, & iuramentum) quibus impossibile est mentiri Deum fortissimum solacium habeamus: filij de superabundanti duabus aliis firmitatibus immobilitatem Consilij sui de se, nempe promissionis, & iuramento, quibus nobis maxime propoliti, & pacti nostri firmitas innotebit, & immediate dixerat, ostendat.

2. Ad hanc autem Consilij sui, seu decreti diuini immutabilitatē ostendendam scripturæ faciendæ, futuræque et eo sunt, pro factis & præteritis quodque recentiori doctore Hieron. in id Ephel. 2. correxisse videtur, & consilium fieri, Theoph. ad illud Oleez. 5. in die redargutionis manifestabitur ibi: ac Patres plures apud nostrum Ruiz d. 25. de scient. sect. 4. ad illud Isaia. 45. iuxta Septuag. qui fecit remota. Solos ad hæc verba recitabo Bernard. serm. 68. in cant. inter med. & finem sic fatum. Nam & de meritis quod sit, cui de proposita Dei firmior suppetit, securitatis gloriandi ratio: Non potest se ipsum negare Deus neque non facere, quæ iam fecit, ut scriptum est: qui fecit, quæ futura sunt faciet; nec deest propositum suo Deus, & Fulgentium 1. ad Monim. cap. 12. sub init. eius sententia prophetica ita rationem reddente, in illa quippe immutabilitate Consilij sui secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, & statuare omnia in Christo, quæ in calu. & quæ in terra sunt in ipso. Ex æternitate dispositionis sua in prædicatione iam fecit, quacunque effectu opere sui tempore congruo faciendâ disposuit: quibus locis & aliis quibus limitat Ansel. de concord. libri arbit. cum prædict. col. 5. & 6. 10. Mag. serm. 16. de possib. c. 2. & alij Patres recitati à nostro Ruiz de scient. d. 25. sect. 4. & d. 3. 1. sect. 4. iuxta ea Isaia. certitudinē effectuum prædestinationis ex immutabilitate, propoliti, & voluntatis probant non quidem ex efficacia voluntatis antecedentis Dei circa nostram salutem, & merita, reliquoque prædestinationis effectus, qui vel liberi actus prædestinatorij sunt, vel hos supponunt secundum se ipsos, etiam per scientiam mediam regulari præcise eorum certitudinē præfatos Patres probant: neque enim eorum ita efficaciter antecederet salua earum libertate prædicta.

ut d. ostendimus sed ex immutabilitate efficacis voluntatis Dei conferendi auxilia regulari per scientiam mediam de eis effectibus liberis sub eiusdem auxiliis, quæ si do-
nentur habitura effectum conditionate sunt præiudicia, ut
ex utroque, nempe immutabilitate diuine voluntatis
efficacis de auxiliorum collatione, & scientia medie or-
dine prædeterminatio ad illam voluntatem necessitudo præ-
supponitur eorum effectum infallibiliter certitudo con-
flectur: ut de prædeterminationis certitudine agentes susus ex-
plicabimus.

3. Pro immutabilitate liberæ Dei volitionis per eius
ad aliam aduersam conuerfionem ea omnia Patrum testi-
monia faciunt, quæ certant. 2. pro immutabilitate eius
negatida seu puta cessione ab affectu, quem semel
conceptit efficaciter, recitabimus. Neque enim primò habi-
ta voluntas efficacis contrariam efficaciam aliam compati
potest: quare ex prime illius necessitate per æternitatem,
& æternitate consistentia aduersæ alterius impossibilitas
ad eamque incommutabilitatem legitime deducitur. Ido-
circo recitandi hic sunt Patres, qui de immutabili-
tate voluntatis Dei à postuina in postuam aduersam vo-
litionem loquuntur, et in eorum aliquibus ratio veram-
que immutabilitatem complectitur. Augul. 12. Confess.
cap. 15. init. Num dicere falsa esse, quia mihi veritas vo-
te forti in aures interiores dicit de vera æternitate crea-
tore: quod nequaquam eius substantia per tempora va-
rietur, nec eius voluntas extra eius substantiam sit: vnde
nos cum modo velle hoc, modo velle illud, sed semel, &
semper velle omnia, quia vult; nec iterum, &
iterum; neque nunc ista, nunc illa: nec velle postea, quod
noluit, aut nolle quod prius volebat: quia talis volun-
tas mutabilis est, & omne mutabile æternum non est:
Dicit autem noster æternus sit: 11. de Cinit. cap. 12. post
mod. Potest ad quod nouum non nouum sed sempiternum
aditiorum consilium; nec penitendo, quia prius cessauerat,
capit facere, quod non fecerat; sed est prius cessauit, &
posterior operatus est, hoc procul dubio, quod dicitur prius,
& posterior in rebus prius non existentibus, & posterior
existens fuit: in illo autem, non alteram præcedentem
altera subsequens mutauit, aut abfuit voluntatem sed
ita, eademque sempiterna, & immutabili voluntate res,
quæ condidit, & prius non essent, egit, quamdiu non
fuerunt, & prius essent, quando esse ceperunt: in
quam sententiam scribit etiam 3. de Trinit. cap. 3. fin.
& capite quarto post medium, & capite 95. Enchirid.
verf. fin.

4. Generatim verò mutationem, & transmutationem
omnem mortis partem, vel imitationem esse, ac proin-
de immutabilitatem, quamvis partem immortalitatis
diuine reputandam subtiliter meditati sunt Chrysostomus in 1.
lucan. homil. 10. post medium Gregor. Mag. 25. moral.
cap. 4. ante med. Bernard. ferm. 81. in cant. circa med.
illud 1. ad Timot. 6. qui solus habet immortalitatem, sic
interpretatur. Reor pro eo dictum, quod solus sit natura
incommutabilis Deus, qui ait: ego Dominus & non mu-
tor. Vera nempe, & integra immortalitas, tam non res-
puit mutationem, quam nec finem: quod omnis mutatio
quodam mortis imitatio sit: omne enim, quod mutatur,
dum de vno ad aliud transiit esse, quodammodo necesse est
moriatur: quod est, ubi esse incipiat, quod non est: quod
sit in mortis, qui mutationes ubi immortalitas: infertul-
cile ad affectionum mutationem sic applicans ait: ve-
rum, cum consti- suis affectibus mutari eam (animam seu
spiritum) agnoscat, ita se Deo in immortalitate similem,
ex seia sub: diesse non modum immortalitatis partem soli
talis absolutam, perfectamque immortalitatem, apud
quon non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio,
videtur de summo bono cap. 1. quid est Dei immortalitas,
aut eius incommutabilitas? Nam, & Angeli, & anime
immortales sunt, sed immutabiles non sunt: ideoque solus
Deus dicitur immortalis, quia solus incommutabilis est.
Inferiunt inde sic colligit: Opus non consilium apud
Deum credimus mutari: nec variari eum, quia per va-
ria diuersa tempora præceptis; sed manens idem incom-
mutabilis: & æternus, quid cuique congruum esset tem-
poris, ad ipsa tamen æternitate, in eius mansit dispositione
compit.

5. Filialis vero aliunde Deum nulla ex re mutari in
aliam quamquam posse vniuersim probat, quia in nullo

potest profectum capere, meliorisve conditionis esse,
quam sit: ita enim scribit 11. de Trinitate columna
penult. Ego igitur caret plenitudinis profectu, ut, per
tempus adhuc; Deus omnia in omnibus sit: vel vnde su-
met, extra quem nihil est? Nihil autem ita, ut semper
ipse sit, & qui ipse semper est, extra quem nihil est, quo
incremento esplendus est, vel quo augmento demittendus
est: dicens: ego sum, & non demittor: cum non relinqua-
tur, vel ad demutationem loci, vel ad profectum causa,
vel ad æternitatem antierius; vel ad Deum aliud, præ-
ter quam Deus ipse est: quam doctrinam ad effectum
Dei incommutabilitatem ita applicuit in Psalm. 2. ad id
Tunc loquetur ad eos in ira sua. Nihil in æternam illam,
& perfectam naturam nouum incidit: neque qui ita est,
ut qualis est, talis, & semper sit, ne aliquando non idem
sit potest effici, aliquid aliud effici, quam semper est. Ter-
rena istud, imperfectaque causa habent generis, ut de-
mutabiles sunt conuerfione natura, cum latitiam maror,
placabilitatem ira, beneuolentiam offensa, &c. Deus au-
tem beatus, æque perfectus profectum non eget, cui nihil
deest: de mutatione non nouus est, qui origine caret: ipse
est qui, quod est non aliunde est, in se est, secum est, ad
se est, suus sibi est, & ipse sibi omnia est: carens
omni demutatione nouitatis, qui nihil aliud, quod in
se posset incidere per id, quod ipse sibi totum totus est,
relinquit.

6. Hoc ipso discursu voluntatis diuine incommuta-
bilitatem docuit Nyllanus: verumne quis in deterius ac
non in profectum, sed in defectum voluntatem Dei mu-
tari posse stolidè putaret, nec ad profectum, neque ad
defectum cum Aristot. 7. ethicor. cap. 14. sine sic docuit
tractata secundo, in Psalm. capite 4. init. inscriptio pro
his, qui commutantur hunc mihi videtur habere sen-
sum: solam diuinam naturam omnis conuerfionis, & mu-
tationis experiri esse. Non enim est, ad quod mutatio-
ne viatur, cum in vniuersum non sit capax mali, ad id
vero, quod melius est transmutari nequeat; nam nullum
bonum est, propter quod ita cum mutatio cadat: vtique,
quia omnis bonitatis, cum physice tum moralis opti-
mum Deus est. Nos vero homines in demutatione, & al-
teratione positi secundum utrumque per facultatem, &
viam transmutamur deteriores, & meliores reddimur:
cui rationi iussit cap. 21. de officio homin. sub init. his
verbis: Dei consilium in omnibus rebus perpetuo immobi-
litatem suam retinet; nostra vero natura mutationibus ob-
noxia, ne in malo quidem constanter persistit: quod enim
semper mouetur siquidem ad bonum progreditur, propter rei
ipsius iniquitatem nunquam ulterius contendere desinit:
quia ad maius, & maius bonum moueri potest: itaque
discursus iste breui pressus est: Deus eiusque voluntas,
& amor summe boni actus, & de se est, & peccati in-
capax: ergo nequit moueri ab profectum bonitatis, ne-
que ad defectum malitiae eius voluntas. Patet: quia al-
terutro motu summe boni actus esse desineret, quod re-
pugnat: ergo de ratione summe bonæ voluntatis diuine
quies est, in bono quod habet, quin vel ad profectum,
vel deterius possit eius affectus moueri: dedit autem illum
Aristot. 7. ethicor. capite 14. fin. in hæc scribens:
quod si alicuius natura sit simplex, eadem operatio incun-
distima erit: idcirco Deus vna semper simplicique gaudet
voluptate. Non enim solum motionis est operatio, sed &
immobilitatis: & voluptas in quiete potius, quam in mo-
tu consistit. Mutatio vero omnium dulcissimum est, secun-
dum Poetam, ob prauitatem quamdam: ut enim homo
præaus facile est mutabilis, sit, & natura praua est ea qua
indiget mutatione. Non est enim simplex, nec bona: vtique
simpliciter, ut Deus eiusque voluntas bona simplex siue
simpliciter est. Qua ipsa ratione vltus est Ambrosi. in
med. Comment. in Psalm. 61. dicens: immobilis dicitur,
qui seruat immobilem voluntatem, & propositum aliquod
intentione animi fidelis exequitur: Nam, & Dei im-
mobilem voluntatem legimus, sicut habet ad Hebra. 6. in
quo amplius ostendere volens, &c. Recte ergo immobi-
lis voluntas Dei, qua nullus peccati mouetur ille-
cebris.

7. Accedunt Damasc. dialog. cont. Manich. verf. med.
Dei voluntas bona est immutabilis, ac semper eodem modo se
habens. Nec longè à med. quo fit, ut Deus solus im-
mutabilis sit: vt ipse increatus, ac sempiternus. Repetit
H 3 colum.

EGA
pari
Ia.

62 Controu. IV. de Voluntate Dei,

colum. antepenuit. orat. de imagin. pag. 3. consilium aeternum se habet semper eodem modo in quo nulla est commutatio. aut vicissitudinis obumbratio: firmat ex Dionys. aiente: Omnia à Deo praefinita, & sine ulla commutatione futura. Gregor. 16. Moral. cap. 17. in id lob. 23. & nemo potest auertere cogitationem eius scribens: Sicut enim immutabilis natura est, ita immutabilis cogitatione: cogitationem quippe eius nullus auerit: quia nemo resistere oculis eius iudicis praevalere: subinferius: semel fixa iudicia mutari nequaquam possunt: unde scriptum est: praeceptum posuit, & non praeeribit, &c. cum ergo exterius mutari videtur sententia, interius non mutatur: quia de vnaquaque re immutabiliter intus constituitur, quidquid foris mutabiliter agitur: consonat à se dictis 2. Moral. cap. 14. sub init. Richard. Victorin. 2. de Trinit. c. 24. qui vere immutabilis est, velle suum variare non potest: quod ergo semel voluit, semper voluit. S. Maxim. centur. 8. cap. 88. apud Cyparil. decad. 8. sub init. ait: Dei motum amatorium esse simplicem, & immobilem, & Dionys. 4. de diuin. nominib. inter princ. & med. Dei pulchritudinem (cuius pars non modica amoris honestas) immutabilem asserit. Tandem (vt innumeris aliis testimoniis transcribendis parcam) audiendus Prosper epigramm. 41. sic canens.

Lex aeterna Dei stabili regit omnia nutu:
Nec mutat vario tempore consilium.
Vt locis praesens simul est Deus omnibus vnus,
Sic rerum metas secum habet & numero.
Nec seruum, aut proprium sibi sentis in ordine rerum,
Cui cuncta assunt acta, & agenda simul.

CERTAMEN II.

Immutabilitas libere volitionis diuinae positiua per aduersa successione à ratione probatur.

1. Ratio immutabilitatis voluntatis diuinae à positiua volitione in positiua aduersam succedentem prima esto: quam S. Thom. efformauit: art. 7. Quia in Deo nulla potest esse scientiae variatio: ergo nec volitionis semel conceptae potest esse variatio per temporariam oppositam successione. Probatur consequentia: quia in antecedenti supponitur hanc ipsam oppositam volitionis scientiam Deo adiuuasse, & pro priori ad primam volitionem concipiendam, cum primum eam ab aeterno concepit: alioqui aliquid ab aeterno ignoraret, quod in tempore denud, ac demum sciret, atque non satis omnium praesciens decerneret, sed imprudens: praequam, quod Dei scientia è conceptu suo simpliciter infinita, atque omniscientia nata non esset, cum successu durationis crederet, & auerteretur, contra demonstrata à nobis 1. 1. de Deo vno controu. 2. ex principio generali pro omnibus praedicatis diuinis controu. 1. atque efficax voluntas de aliquo faciendo, quae retractanda per aduersam, cariturque effectum praeficitur, imprudentissima est: & ne nobis quidem, nedum Deo, digna: siquidem, neque nos absque noui motui prius ignorati efficacem de aliquo voluntatem, nisi inconstantissime, retractamus per aduersam: ergo ea retractatio prioris efficacis voluntatis per efficacem voluntatem in tempore succedentem prorsus Deo repugnat: quare, nec mutabilis Dei voluntas semel habita positiue per aduersam postea in tempore succedentem, vti neque per hanc defectibilis, vt nostra haec dogmatica conclusio fert. His praclusa manent, quae Valquez ad eum articulum, Valentia quaestione 19. pun. 4. post 3. assert. Soarius d. 30. met. sect. 9. num. 57. alique Recentiores contra hanc rationem subtiliter opponunt.

2. Secundò probatur à ratione conclusio: & confirmatur ratio praecedens: quia omnis voluntas Dei efficax de se, atque efficacia suae essentiali praedicto con-

proinde id Deo propriori ad primo conceptam à se, sed ad concipiendam primam suam efficacem de quouis ad extra faciendo absque nuper expensa ignorantia, & in voluntate illa prima efficaci concipienda imprudens stoliditate non potuit non innotescere: ergo non potuit post primam illam efficacem voluntatem de effectu aliquo oppositam aliam efficacem de eo ipso non faciendo concipere, quin velit efficaciter chimeram à se cogitam, vt talem, atque efficaciter eius voluntas in impossibile cognitum à se, vt impossibile: cognoscit siquidem ex cognita efficacia voluntatis suae de illo primo effectu conceptae: atque ad eius retractationem à se tentandam per aduersam efficacem de eius negatione necessariò praesuppositae, & à se praecognitae effectum illum efficaciter à se praeuoluitum absolute fore: ergo, cum postea ad huc vellet illum ipsam effectum absolute non fore, vellet absolute non fore pro eodem tempore quod absolute efficaciter, inexcitabiliter fore voluit, ac praeciuit: quare vellet duplex contradictorium simul semelque coniungi: nempe chimeram & impossibile sciens volensque vellet: atque item chimericas voluntates efficaces sibi, quae tales, repugnantes admitteret. Hoc argumentum euasione nostrae Ariaga, ob quam minus vigere putat d. 29. sectione prima, numero secundo, §. 1. quod scilicet voluntas efficax Dei, ne impotentia Deus arguatur, solum debeat impleri tempore quo durat, non autem quo non durat, vti non durat, si retractaretur, in tempore per efficacem de effectu absolute negatione aduersam reuincit: vt enim diximus efficacem voluntas Dei de effectu absolute pro hoc tempore, cum primum est, connectitur essentia sua cum absoluta sua existentia nunc: quare, & repugnat non esse unamque effectum est habitura.

3. Tertia conclusionis ratio sit: quia, si Deus mutabilis esset in volitionibus liberis esset mutabilis quoad substantiam: atqui certo ex fide, & euidenter ex ratione immutabilis, quoad substantiam, est: ergo & est immutabilis in suis liberis volitionibus: illationem conditionalem in antecedenti contrariam tantam putant: indeque communem hanc conclusionem de monstrant Bassolis, & Lychet. in 1. d. 45. Ferrata 1. cont. gent. capite 83. eam verò illationem illegitimam, & debilem censet Valquez vbi proxime, alique Recentiores docti cum ipso, satis leuibus opposicionibus mox facile diluendis: reliqui tamen (etiam Soarius proxime numero 53. & 3. de attribut. cap. 6. numero 12. & Fonseca 7. Metaph. cap. 8. quaest. 5. sect. 6. & 7. qui eis videntur nonnihil conuincere) Doctores cum Sancto Thoma citato art. 7. & 1. controu. gent. capite 83. eius legitimitati contentiant: etiam eam immediatam mentis illationem non censcant, sed mediatam, vt videre est in nostro Ruiz citata d. 16. sect. 3. numero 5. & 6. & obicit Ariaga proxime sect. 1. numero 5. inuim. & Patres citati, dum alij non fore absolute, & omnino immortales, sicut animus noster & Angelus aiunt: dum ex Dei immortalitate, & absolute immutabilitate eius consilium, & voluntatem immutabiles probant: secundo alij cum Aristotele, ex eo, quod, nec ad melius aliquo grauius moraliter, vel physice eandem voluntatis Dei à semel concepto efficaci proposito dimoueri non possit concludunt: vnde in Patrum illationes damnum ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis valere debet: Deus mutabilis in consilio, & voluntate sua est: ergo, & in substantia sua physica, & physice mutabilis est: est ergo illationis ratio: quia propositum, & consilium semel habitum mutari ab aliquo nequit, quae ignorantia, & imprudentia, vel inconstantia despectu, vt vidimus numero 1. alterutrum autem horum physicae Dei entitati, & substantiae repugnat: quare alterutro admissio substantiam Dei physice destruit: quare & Deum substantialiter mutari ac deficere, cui necesse.

4. Notata illa postremo Patrum ex Aristotele illatio è Dei impotentia, melioritatis, vel deterioritatis, tam in genere physico, quam morali non adeo videtur expedita: siquidem, etsi praehabita libere volitione Dei aduersae alterius successu deficeret, eadem omnino physica Dei, & moralis bonitas praestaret: quem

quemadmodum, si vt antecederet ad suæ voluntatis in actu primo indifferentis determinatione Deus potuit loco volitionis liberæ, quam primo concepit, primo etiam non ipsam conciperet; sed aduersam, nihil bonitatis, aut perfectionis, siue physice, siue moralis minus Deus haberet, quam prima illa libera voluntate à se de facto concepta habuit. Hæc oppositio-
nem contra legitimam illationis & rationis primæ, & tertie à nostro Vasquez & aliis Doctoribus excogita-
tarum summa est: & quibus Docti Recentiores, & acuti
malis subtilitatibus, vel subtilibus occurrunt: & suppo-
nere quidem omnes debemus nihil bonitatis generis al-
terius ex liberis Dei affectibus accrescere, vt alterius
ex aduersis voluntatibus, ex quocunque honesto mo-
tuo sit, eligendi liberam Deo, & indifferentem in actu
primo relinquamus potestatem: siue, quia nihil Deo in-
trinsicum decreti diuini libertas addat, iuxta eius liber-
tatem extrinsecus solum constitutum sententiam, siue
adequate decreti libertas Deo intrinseca sit: de quo quæ-
sione 6.

1. Quo supposito, ad earum rationum, & illatio-
nem legitimam, & Patrum ita inferentium autho-
ritatem tuendam reddenda ratio restat, ob quam ex
prehabita volitione ea potestas in actu primo ad ipsam,
vel aduersam ita ligetur, vt non possit non solum pro
tunc, sed postea, & aduersam eligere, primamque res-
piciere; cum in alterutro de se se considerata, & in spe-
cie electione, vel conseruente omissione aduersa,
quidquam Deo bonitatis accrescat, vel decrescat per-
fectionis: est autem data à nobis proxime dum earum ra-
tionum vim, & pondus explicamus: etenim rebus
absolutis integris ante vllam determinationem diuinæ
voluntatis, ex omniscientia, & honestate se determi-
nare Deum posse, atque affectum, erga propositum
obiectum primo concipere bene componitur; at primo
concepto affectu per aduersi electionem postea ha-
bitam abstinere non, nisi per voluntatis, mentisque
inconstantiæ, & vitiū, atque præcedentis ignorantie
argumentum fieri potest: æquis enim propositum
mutat, nihil vrgentius, & melius: aut iucundius, eo
quod primo elegit, non denuo recognoscens, quod antea
in electione prima non prænouerat, ni turpiter, & inho-
nestè inconstans animo sit, ipsaque sua mobilitate, &
mutatione gaudeat?

6. Cum ergo alteruter effectus, æquè bonus, im-
mò summe bonus physice, & moraliter in Deo sit,
neque in extrinseco alterutro affectu obiecto, &
motiuo quidquam denuo appareat, quod pro priori
ad primo conceptum Deo non innouerit (ni cum
ea ignoratia, & imprudenti deliberatione primo
elegisse fateamur) è sola voluntatis inconstancia vi-
tiata, Deo alienissima, à primi affectus electione
abstinere postmodum poterit: quod Deo, & morali-
ter, & physice repugnat vt diximus. Atque hac sa-
ne ratione non tres solum veritatis huius demon-
strationes, verum & quarta alia Aristotelica, & Pa-
trum postremo loco notata certamine primo, à nu-
mero quinto ad septimo inclusue expeditur, & cla-
ret. Quintam aliam à Patribus etiam ex æternitate
Dei petitam possemus pro eadem veritate subiungere:
eam tamen in quarto certamine consulto referuo:
quia liberi decreti diuini secundum se temporaneam
à sui negatione in sua existentia inceptiōem, vel
ab hac in sui negatione desinētiā (de quibus eo
certamine agendum) impossibilem directè demon-
strat: est inde, & impossibilitas defectus volunta-
tis liberæ Dei per aduersæ successum tempore poste-
riorem (de quo nunc) vltius demonstratur: so-
lum ergo opposita restant contra hanc impossibilita-
tem æquanda.

CERTAMEN III.

Dogmatica conclusio ab oppositio-
nibus vindicata.

1. Prima oppositio est: est à se Deus, præ animi le-
uitate (vt demonstrationes factæ ostendunt) li-
beram voluntatem non mutet in aduersam; debere ta-
men illam mutare pro mutatione status, & moriui à no-
bis ipsi oblati. Alioqui nunc Deum odio habere D. Pe-
trum, atque in æternum odio ipsum habendum (est re-
late ad tempus negationis, ratione cuius respectus ad sta-
tum diuersi temporis ad quod Dei odium refertur hoc
cum voluntate amicitie & affectuosæ complacentiæ Dei,
quo illum ex tempore quo per penitentiam respicit, pro
eo, & reliquis durationibus successuræ æternitatis pro-
sequitur, prosequiturque ex æternitate, ac æternum pro-
sequitur est physice non repugnet) consequentia eui-
dens est: est odio adhuc insisteret in eum, qui pristinam ini-
uriam nobis illatam satisfactione, & inimicitiam amore
summo, & gratissimis obsequiis soluit, etiam apud homi-
nes prauos, nedum apud summe bonum Deum, iniquum,
impiumque est.

2. Qui item illud Ezechiel. 18. *Omnium iniquita-
tum eius non recordabor amplius*: & illud Ioan. 15. *iam
non dicam vos seruos, sed amicos*: cum actu ita nostrarum
iniquitarum, ac seruitutis peccati nostre elapsi temporis
recordetur, ac æternæ recordatur sit, vt tota æternitate
eius in nos eo tempore & statu spectatos in odio perferet,
sitque perliturus? quo insuper satisfactio, & reconcilia-
tio nostra de præteritis Dei offensis tendunt, nisi, vt odio
ob illas deposito amicitia in Deo, sicuti in hominibus
euenit, succedat, non, vt odio nostri, est pro alio tempo-
re spectatos, amicitia erga nos pro posteriori satisfactio-
nis, & conseruatiōis tempore spectatos, coniungatur? vbi
culpe antea vera adeo remissio Dei, & condonatio,
quæ de antea commissis solummodo à nobis penitentia,
& conseruatiōe tentari, adeoque ex fidelitate suæ promiss-
sionis, vel ex gratia esse potest? siquidem in Dei odio
(non secus ac de venere altercabant.) *Manet alia men-
te repositum iudicium Paridis (præterque iniuria forma)*
Hæc adeo dure sonant, vt noster Arriaga citata sect. 1. n. 7.
Obiectioni ergo difficultatem inexplicabilem de actu
diuinorum libertate afferat tangi, vt nemo, si ab ea solutio-
nibus ab ipso subiiciendis quoad eorum actum simulta-
neam permanentiam (quæ sola tangitur) non satis emol-
liantur, ingenuitati, & præmissæ humilitatis professio-
ni det veniam: & tamen permanentiam à num. 8. multis
Catholicis, & Doctis discursibus emollire contendit vlti-
que ad numerum 10. cuius tamen fine eadem ingenui-
tate, & modestia ab alio meliora libenter se auditurum
concludit.

3. Verum ex iis, quæ suis responsis attigit, eorumque
contra hanc veritatem inferuntur, absurditas, & dislo-
nancia satis temperatur: etenim nec peccatorum remis-
sionem pro tempore, quo extiterunt, quare, nec redire in
Dei amicitiam, & odij in nos pro eo tempore penitentia
conseruatiōe, & precibus contendimus; cum ad præteri-
tum nulla potentia, ac non stolidus conatus dari possit,
vt non fuisse fiat: quare, neque id ab offensa, & in-
senso homine obsequiis nostris tentamus: id ergo solum
à nobis tentari adeoque effici misericorditer potest, vt
vltius peccatum habitualiter non persistat in nobis, sed
remittatur, & pereat: quod Dei gratia habituali con-
tritione, quam illa necessario consequitur, à Deo præ-
statum de facto, atque vt alij volunt per metam extrinse-
cam Dei voluntatem, & condonationem præstari ab
eo absolute potest: inde (quod consequens est) ne Dei
odium in nos, quo pro statu, & tempore toto illo pec-
catorum in nos ferebatur non fuerit, sed ne ad nos pro
vltiori tempore extendatur: id quod plane à Deo obti-
neter æque deinceps in nos benefico, ac si nos non
oderis, nec peccassemus; sed eius amicitia in nos, &
amor pro sequenti tempore seruetur: qui solus sensus est
loci

loci Ezechielis, & recitati alterius, in quibus nota: (quod hunc Doctorem, & reliquos fere haecenus latuit, saltem explicite, Deum nihil nobis reuelare posse, nisi idiomatice, & verbis nostris, ac proinde verbis propositionum reuelatarum, quae tempus nostrum concernunt, vt tom. 1. controu. 1. de Dei immutabilitate agens ostendi; nec semel solum controu. 2. vnde illud non recordabor: non dicam vos seruis tempus nostrum futurum significat, non Dei aeternitatem cum qua Deus, & in qua de omni tempore Deus iudicat, odiumque peccatorum, & amorem, pro alio tempore resipiscitiam coniungit.

4. Cum autem tempus resipiscitiae, & iustitiae nostris propositionibus, & verborum copulis concernitur, verae ex solum propositiones erunt, quae Dei in nos amicitiam praedicant, fallaeque in nos eius odium: siquidem pro tempore importato per copulam nostrorum verborum odio nos minime habet Deus, sed dulcissimo, ac tenerissimo amore amicos & filios illo ipso amore, & affectu suo adoptatos prosequitur: vnde haec propositio: *Deus nunc odio habet Sanctum Petrum*, error blasphemus est, qui nunquam ex permanentia aeternitate Dei odij D. Petri pro statu, & tempore negationis inferitur, vt inferri timet, & reuelari Sancto Petro de Dei in ipsum affectibus sciscitanti a Deo posse Ariaga supponit §. *Pro hoc* circa num. 6. quia propositionum nostrarum, quibus solis reuelare aliquid Deus potest, significatum per earum verba tempus non animaduertit: Deus autem tota aeternitate sua, quae omnia tempora explet, & ambit, cognoscit pro tempore negationis Petrum odio habere, ac simul ex parte subiecti pro, & a tempore resipiscitiae Petri & tota aeternitate successura illum ex sua, & per suam aeternitatem, ardentissime amare (quod Petro ad summam felicitatem satis superque est) quia aeternitate sua, & iudicat, & affectus concipit suos Deus. Nos autem non illa, sed cum tempore nostro iudicamus: quare iuxta statum, quem res in tempore, per iudiciorum nostrorum, & propositionum copulam verbi importato, & significato verae erunt, si statui pro eo tempore rerum, de quibus iudicamus, iudicia, & propositiones conformetur: fallae vero si pro eo tempore ab statu rerum discordent.

5. Atque hinc pleraque alia affinia, quae a ratione opponi possent simul, ac opponantur, euanescent, vt ea singulatim recensere adhuc opus non sit: insuper duobus scripturae locis memoratis numero 7. in terminis satisfecimus. Restant vero loca alia diluenda, quibus Deo propositi, & facti etiam a se penitentia, & retractatio tribuitur Genes. 1. *Penitet me scisse hominem*; Hierem. 18. *Si penitentiam egerit, agam*, & ego penitentiam super malo, quod cogitavi, &c. Psalm. 105. *Penituit enim secundum multitudinem miserationum suarum*; quam locutionem sequutus Ambrosius 2. in Luc. ad id primi capitis: *Zacharias repletus est Spiritu Sancto, ait: Nouit Dominus mutare sententiam: si tu noueris mutare delictum*; & Author Hypognost. lib. 6. fine: *Diuina erit potentia iudicium in nobis debitorum mutare damnationis*, & gratiam praedestinationis indebitam praerogare: Verum haec hominibus humano more de operum Deo faciendorum mutatione dicuntur: quae hominibus non, nisi propositi, & decreti mutatione contingit. Recte enim Gregor. 20. Moral. cap. 23. med. *Penitere dicitur quia rem mutet, consilium non mutet*: in quam interpretationem luculentissime Damascenus Dialogo contra Manichaeos vers. fin. Theodoret. quest. 50. in Genes. Augustin. 1. 5. de ciuit. cap. 2. 5. Proclus, & Method. apud Epiphanium haeresi 64. vers. med. Tertullian. 2. aduers. Marcionem capite 23. & 24. Moyses Barceph. parte tertia, comment. de parad. capite 2. S. Thom. citat. art. 7. ad 1. & 2.

6. Opponi etiam pleraque alia scripturae loca solent: quibus Deus supplicium absolute futurum, & abique ulla conditione praedixit, ac proinde absolutum omnino de eo intelligendo habuisse fatendum est. ne Deum mendacem fateamur. Cum autem illud absolute exequutus non fuerit propositum mutasse, & a primo concepto decreto destituisse fatendum erit. Plurimum exemplo sunt Isaia 38. *Dispone domus tua, quia morietur, & non uiues*. Iona 3. *Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur*. Quorum neutrum sed opposita euenire: sed (vt mittam in eo loco Iona voce illa adhuc conditionem forte im-

bibi penitentiae non adae intra terminos 40. dierum ad eam agendam eo loci praescriptum pro eis, & similiter imbibant) ea omnia, quae absolute in scripturis supplicia, quidve aliud sonant, quod absolute non euenit conditionem ex natura rei imbibant habere; vt in plebisque absolute sonantibus contractibus, promissionibusque humanis vlti venit, quia ea omnia ex vi causarum inferiorum, & naturalium morbi v. g. & demeritorum fore praedicuntur, & vere sicut vere Philosophus de quatruidano Lazaro absolute diceret: *non est resurrectorum*, quae tamen absolute veritas supernaturalis gratiae, & misericordiae Dei effectum oppositum absolute ulla decreti diuini in aduersum minime excludit: cum illud iuxta inferiorum causarum exigentiam, ac in Dei gratia supernaturalis, & misericordia inueniat, solummodo fuerit: vt docet August. 6. de Genesi ad lit. capite 17. S. Thom. vbi proxime ad 2. & 2. 2. quest. 171. art. 6. ad 2. quest. 174. art. 1. corp. quest. 12. de verit. articulo 10. ad 7. Alia quae ex libertate arbitrij Dei per totam aeternitatem obici poterant, quoad libertatem contrarietatis, disiecta iam sunt ex dictis certamine secundo, a numero tertio, qua vero ad libertatem contradictionis attinet, quam immediatius impugnant, & directius impossibilitatem incipiendi, deinde in tempore volitionis liberae diuinae opportunis cert. 4. opponuntur, ac diluuntur.

CERTAMEN IV.

Libera Dei volitio pure incipere desinere in tempore, adhuc est pura contradictionis libertate, minime potest.

1. Hoc aliud mutationis, & mutabilitatis est genus, quod pro dogmatica diuinorum decretorum absolute immutabilitate atque extensione eorum per totam aeternitatem statuenda examinandum, ab eisque illegandum questionis praefatione mouebimus. Hoc enim immutabilitatis diuinae voluntatis, & decretorum eius (a puro non esse illorum ex aeternitate ad esse ipsorum in tempore, vel ab esse eorum ex aeternitate ad eundem non esse purum in tempore) genus scripturae loca, quae absolutam Dei quoad affectus voluntatis suae immutabilitatem certam. 1. numero 1. & 2. immo & quae absolutam Dei immutabilitatem docent, quia absolute, immo & quoad Dei substantiam deficeret, si quoad affectus posset Deus mutari, faciunt etiam plura ex testimoniis Patrum datis certam. 1. & demonstrationes ex ipsis de promptae, & expensae pro immutabilitate a positua in positum voluntatem aduersum. Prima: quia, vt ab aeterno decerneret rationes & motus omnia Deo obuersabantur, ni cum admittamus ignarum, atque alterum extremum contradictionis volendi, aut non volendi idem ipsum obiectum elegisse: nam ab aeterno vel voluit, vel non voluit in actu secundo: ergo a negatione volitionis ab aeterno electa ex omnium consideratione est sola animi leuitate, & voluntatis violata inconstancia transire in tempore ad volitionem vel a volitione aeterna in temporariam eius puram omissionem. Secundo inde inferretur ex alterutra mutatione ab omissione pura ad volitionem obiecti eiusdem omnino, vel e contra, Dei mutabilitas quoad substantiam, vt ostendimus ratione tertia certamine 2. numero 3. & 4. etiam explicata ibidem a num. 4. ad 6. ex eo principio communis: quod libera Dei volitio nihil intrinsecae perfectionis Deo addatur, vt ad finem numeri illius quati diximus.

2. Demus pauca Patrum testimonia pro conclusione praesenti Augustin. 12. de ciuit. capite 17. post medium. *Nobis autem fas non est credere aliter Deum agere: cum vocat, aliter cum operatur: quia nec affici dicendum est, tanquam in eius natura sit, aliquid, quod ante non fuerit: Patitur quippe, qui afficitur, & mutabile est ante, quod*

quod patitur: quibus demonstrationem secundam de
mutabilitate Dei, quoad naturam, & substantiam, si
à negatio ad positivum, quoad affectum, mutationem
patitur, patitur aperte tradit sicuti & Gregorius
recitat certamine primo, numero octavo. Fulgentius
immediate ad recitata illius verba: certamine primo, nu-
mero secundo ex 1. ad Monim, capite 12. sub init. hanc
sententiam suam rationem reddit. *Sicut enim omnis crea-
tura quæ sine initio esse non potuit, nec potest fieri: sic illa
simpliciter voluntas eius nunquam mutabilitati subiacet,
quia initium existendi non habet, quod autem semper sic
est, quod esse non capere, procul dubio sic est ut, id quod
est, non esse non possit: vera igitur immutabilitas, à gene-
vera vocatur æternitas, simili discursu eandem suam
sententiam probatur recitati certamine 1. numero 4.
lidoris verbis, illis: *Manens idem incommutabilis, &
æternus, quid cuique congruum esset tempore, ab ipsa ra-
tione æternitate in eius mansit dispositione consilij: & Eli-
latus recitatus numero 5. illis etiam verbis: cum non re-
linquatur, vel ad demutationem levis, vel ad profectum
causa, vel ad æternitatem æternitatis, consonat eadem ra-
tioni Augustinus recitatus numero tertio, ex 12. confess.
capite 1. init. à postremis illis verbis: quia talis volun-
tas (quæ modo hoc, modo illud velle) mutabilis est, &
omne mutabile æternum non est: Deus autem noster æternus
est: quibus immediate hac iterato adducit: item, quod
nihil dicitur in æternum interire: expectatio rerum ven-
turarum si certius, cum venerint: idemque certius
si memoria cum præterierint: omnis porro intentio, quæ
ita variatur mutabilis est, & omne mutabile æternum non
est: Deus autem noster æternus est. Hæc colligo, atque con-
clamo: & inquit Deum meum, Deum æternum, non aliqua
non voluntate condidisse creaturam, nec scientiam eius
transierit aliquid pati.**

7. His porro locis Patres non solum conclusioni præ-
fati auctoritatem, verum directam, & immediatam eius
demonstrationem dederunt, quam quinto loco pro im-
mutabilitate diuine voluntatis à positiva volitione in ad-
uersam volitionem, memorabimus certamine 2. fin. quia
immediate, & directè eius immutabilitatem à volitionis
negatione in volitionem ipsam, vel ab hac ad eius nega-
tionem probat: est inde immutabilitas eiusdem à posi-
tuo in positivum aduersum deducto discursu mediate
tandem demonstratur: est vero huiusmodi eis Patrum te-
stimonij contenta demonstratio: quidquid æternitate
Dei durat æternumque est, nec potest incipere, nec desine-
re in tempore: atqui volitio libera efficax siue decre-
tum Dei de aliquo faciendi æternitate Dei durat, ætern-
umque est: ergo nec potest in tempore incipere nec desine-
re: ac subinde nec voluntas Dei à negatione volitionis
libera, ad liberam volitionem in tempore mutari.
Maior est per se nota. Nam, quod æternitate Dei durat,
quæ omnia extrinsecam durationem possibilem, & imagi-
nariam ad redundantiam explet, ambit, & de superfluo
imponit circumdat, nihil anterioris durationis rei, immo
neque cogitatione, patitur, in qua negatio sui esse con-
cipi adhuc possit, nihilve vltioris ipsa durationis, in
qua sui non esse siue negatio succedat, cogiteturve suc-
cessura: quin si maior hæc statum ac per se & ex terminis
notum principium non sit, au Deus secundum substan-
tiam, naturam, & essentiam suam temporariè incipere,
& desinere queat poterit in controuersiam vocari: cum
non aliunde extra controuersiam sit non ita cum secun-
dum naturam, & essentiam, substantiamque suam in-
cipere desinere posse, quam, quia sua durat æternita-
te. Minor præter Patrum consensum probatur: quid-
quid diuinum in se ipso, nec solum per participatio-
nem, est æternitate ipsa, eademque Dei, æternumque
durat: ut patet in omnibus Dei prædicatis, atque attri-
butis diuinis: atqui libera Dei volitio diuinum quid
in se ipsa, nec solum per participationem est: ergo Dei
æternitate, æternumque durat: Nec patet effugium
ad constitutionem libertatis diuinorum decretorum, &
volitionum per connotata extrinsecæ effecta, vel eor-
um causalitates: quæ constitutio hac demonstratio-
ne & Patrum ea vtenfium auctoritate validissime con-
fiscatur ut quæstione sexta, certamine primo vide-
bitur.

4. Hanc demonstrationem (quam præter Patres præ-
fati, de Origenis, de Deo Vno, Tomus 11.

ximè recitatos dederunt nobis Bernardus & Isidorus
recitati certamine primo, numero quarto vocibus im-
mortalitatis, diuinorum etiam affectuum) à Doctores
Recentioribus libertatem diuinorum actuum Deo pro-
fus intrinsecam asserentibus & discursus propinquitate
porius, quam Patrum sectione, & auctoritate deprom-
ptam Ariaga noster admittit citata d. 24. sectione se-
cunda sub sectione 2. num. 14. 5. Dico ergo eam: sed eius
firmitatem satis indicio suo difficilibus argumentis, meo
tamen leuibus argutis mouet iudicio: immo eis tan-
dem mouetur, ab eaque dimouetur, ut sub sectione 3.
probabiliorem hanc à se adduci rationem perpetuitatis
affectus diuini sub sectionis titulo proficitur: quia sci-
licet Deo pura omisso negari debet, seu contradictionis
pura immediata libertas, ergo debet ipsi concedi vnus
ex actibus positivis diuersis, seu aduersis volitionis, verbi
gratia, creandi mundum, vel nolitionis creandi illum:
ergo Deus necessario ab æterno debuit habere alteru-
trum, & omne exercitium suæ libertatis contrarietatis:
sed, quam debiliori principio de impossibilitate puræ
omissionis, & libertatis immediatæ, atque puræ con-
tradictionis in Deo hæc ratio innuitur nemo non videat:
facileque constat ex opposita conclusione à nobis statuta
quæstione 4. certamine 2. & 3. Satis igitur erit demon-
strationi Doctorum Recentiorum ex volitionis æternita-
te petita, & notissima firmiter adhaerere. Maxime,
cum ea à Patribus expressa, ut vidimus fuerit: immo &
Ariaga ipse, eo principio admissio, eam appellare de-
bet, ut sua ratio pro volitionis æternitate concludat.
Ni enim valeat: durat æternitate diuina: Ergo tempore
incipere, aut desinere nequit: non erit, unde Deum,
ac subinde eius voluntatem, & volitionem non possint
tempore deficere, ac tempore inchoari.

5. Vnde leuitas argutiarum, quibus eius firmitas
ab Ariaga callo studio, & labore tentatur, facile
deprehenditur: cum æque impossibilitatem incipiendi,
ac finiendi in tempore essentia, & naturæ diuinæ ra-
tione æternitatis suæ impugnent: sed nihil sane præ-
stant vnoque verbo euasunt. Procedunt siquidem
omnes, si aliquid præstant, contra durationem rerum
durantium non identicè per Dei æternitatem, ut di-
uina omnia durant, sed per vnionem ipsam: quo pa-
tior diuina non durant: immo nec creatum aliquid du-
rare per Dei æternitatem posset, etsi ipsi vniatur: ne in
vbiquismo, omnipotentiam, omniscientiam, &c. hu-
manitatis Christi perperam abeamus. Diuina siquidem
vnione, (ut sic dicam) identitatis egent, ut diuina
prædicata, ut suos effectus formales communicent,
quam cum creatura aliqua habere non possint: etsi ei
possint physicè vniri, ut firmiter statuebam controuersia
de incarnatione quod adeo de se notum est, ut vbiqui-
stæ, (etsi rudiores Philosophi, & Theologi) ut huma-
nitatis à Deo vnita vbiquitatem, immensitatem, omni-
potentiam vnionis physicæ titulo à se initio asseras de-
fenderent, tandem eius cum Deo identitatem ob hoc
principium admittere fuerint coacti, atque ab vbiqui-
smo suo in Euthychisum sunt prolapsi: ut videre est
in Valentia & Bellamino contra ipsos agentibus.
Denique supponit durationem à re durante non mo-
daliter solum, sed etiam realiter, ut rem à re distin-
gui, atque vniri subiecto formam aliquam totam
immo, & entitatè indiuisibilem, quin totum for-
male suum effectum communicet, contendit: quæ
omnia à Philosophia sana abhorre nemo non videt.

CERTAMEN V.

Vnica contra statutum dogma expe-
ditur difficultas.

1. Super est tamen expedienda contra vtramque
voluntatis Dei in suis affectibus immutabi-
litem difficultas pluribus prolata, & molesta,
quam breui, & vni de satis reuigimus quæstionis
præfatione.

præfatione, & multis expendit Herize noster d. 20. capite secundo, æstimans constituentes decretorum Dei libertatem per intrinsecum profus Deo, nullatenus ab ea expediendos. Æstimo tamen neque ipsum, neque aliquem ex constituentibus eorum libertatem per creatas, vel actiones, vel effectus æternitatem, & indefectibilitatem dogmaticam decretorum Dei liberorum posse vllatenus tueri, vt q. 6. certamine primo ostendam: quare in id absurdum plane incurrunt, in quod aduersarios irritò, vt videbimus, conantur inducere. Est autem difficultas explicatus posita: actus Dei liber æternitate Dei liber est: ergo, & vt correspondet æternitas qua ille durat omnibus, & singulis partibus, & instantibus durationis creatæ, vel creandæ est actus liber: ergo ita, vt nostro hodierno dici correspondet, & coexistit æternitas, absolute possit non esse: hoc autem fieri nequit, quin actus ille qui æternitate Dei, vt tempori, immò extrinsecæ, vel possibili vel imaginariæ æternitati coexistente præcessit, deficiat in ea, vt hodierno tempore coexistente, possit: quod ipsum est Dei voluntatem, quoad suos actus liberos esse absolute mutabilem, ac defectibilem, contra assertam hæcenus dogmatice Catholicæ veritatem. Sin autem, vt hoc effugas, asseras, in æternitate Dei hodierno tempore coexistente actum liberum Dei necessarium omnino absolute esse, ne antecederet quidem, à diuina voluntate euitabilem: ergo actus ille tota Dei æternitate, qua durat, extrinsecæ siue possibili, siue imaginariæ æternitati coexistit, nec durauit, nec duratur liber, nec deinceps durabit: immò cum in æternitate intrinsecæ, qua durat, vel extrinsecæ cui actus ille per intrinsecam coexistit, primum instans seu durationis principium non sit, antequam actus ille non præcesserit, si ex præcessione anteriori coexistentiæ necessarius absolute necessitate etiam antecedente, nec solum consequente, & ex suppositione quam vocamus, actus ille est, nusquam in æternitate est antea, vel successura deinceps æternitate liber actus ille erit: cum nusquam sit, nec in eius intrinsecæ duratione æternitatis diuinæ intrinsecæ, neque in extrinsecæ, cui coexistit, prima duratio, aut instans, quo primum caperit, cuius primo coexistit: in quo solum eius libertas possit, iuxta hanc doctrinam absolute saluari.

2. Hæc omnium difficultatum (quas prolixius quasi à se primum adiuuentis impugnationibus, solutionibus, ac replicis Herize, & Recentiores actuum Dei libertatem contra illam intrinsecam ipsi constituentes solumque deinde expendunt) summa: sunt autem eæ omnes præcis Theologis notissima, vt videre est in nostro Ruiz d. 12. sect. 5. & eorum iam subiiciendis solutionibus primæ difficultati responderunt olim Magister, Albertus, Alex. Armac. Bohaenatura, Scotus Durand. Richard. Okam. Gabriel, Gregor. Adam. Marfil. Maior, Ferrara Capreol. VValdens. Bellarm. Driedo Albertus Pighius, Vega Corduba Valent. Bañez, & aliquando Sanctus Thomas apud Ruiz numero secundo ex libertate actus diuini absoluta, prout hodierno tempore coexistente, male inferri eius immutabilitatem: quia prout hodie coexistit, potestque pro priori naturæ non coexistere eadem antecedenti potestate efficere nunc potest Dei voluntas, vt actus ille absolute heri, totaque anteriori duratione, eiusque singulis, & omnibus partibus extrinsecæ æternitatis possibilis, seu imaginariæ non coexistit fieri, & quod non coexistit futurorum contingentium antea æternitate præscientia: cum è Dei, cui omnia extrinsecæ contingentia sunt, tum nobis etiam contingentium, è nostra libertate: quam doctrinam ita explicat Syluester in consistorio quæstione 14. articulo 19. & quæstione 22. articulo 5. vt Dei voluntas vsque ad hoc instans, in quo creatura de facto producitur, indifferens maneat, & inde terminata, tuncque primum determinetur: quod merito periculosum censet Ruiz numero primo: quia, vt actus liberi Dei immutabilitatem tueatur ipsi aufert contra Patres, & dogma Catholicum æternitatem. Nescio autem quo iure idem Ruiz censet numero quarto, Dionysium Cisterciensem, Holcot, Aliaco, & Michaëlem à Bononia à se recitatos d. 31. de scient. sectione secunda post medium, magis quam primos à probabilitate recedere: quod dixerint nunc absolute fieri à Deo posse, vt reue-

latio facta de futuris non fuerit: cum id primorum doctrinæ necessario consequens sit.

3. Ruiz qui valde ab hac solutione, adeo communis, abhorret, ait numero octauo cum Sancto Thoma, Caietano, Ferrara, Capreolo Palacio, Sorario Albertino, Leseima Zumelle & aliis in simili de scientia seu præscientia futurorum à se citatis d. 31. de scient. sectione quarta volitionem, decretumque quodvis Dei, etiam de postea faciendis, quantumvis in se liberum, in quouis temporis creati instanti simpliciter esse necessarium, quia iam tota æternitate Dei præcessit: quæ, licet extrinsecæ æternitati (quæ non fuit) non coexistit, non tamen defectu suæ ante omne tempus durationis indiuisibilis, ac totius simul omnem extrinsecam possibilem, & imaginariam diuisibilem, ante etiam, & post ambientis; sed extrinsecæ coexistit defectu: quare in ordine ad tempus, & durationem extrinsecam diuisibilem duratio æternitatis, qua Deus, eiusque volitio, & diuina cætera actu semper, & de præfenti sunt, erant quidem & fuerunt, erantque vt dicitur Ioann. 1. in principio erat verbum, & Ecclesiast. 1. Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum eo fuit semper, & est ante omnia: cum ergo quodvis tempus æternitas, qua, & ex qua volitio Dei durat, antecedit, est non illo finitur, verificatur ante tempus quodvis volitio Dei est: quare, & eius præteritio quoad anterioritatem durationis, quam respectu eius dicit, est non quoad eius pro illo delationem: anteriori vero eius volitionis existentia supposita: nequit potentia vlla absoluta esse qua, vt non fuerit, fiat: ideo enim per se fere notum est ad præteritum nullam dari potentiam, vt docent Aristoteles 1. Perihem. capite 7. & 8. & Anselm. de concord. prædict. cum libertate, capite primo, columna secunda post medium dicens: *In re præterita est quoddam, quod non est in re præfente, vel futura: Nunquam enim heri potest, et res, quæ præterita est, fiat non præterita: sicut res quoddam, quæ præfens, potest fieri non præfens, & alia res, quæ non necessitate futura est, potest fieri, et non sit futura: unde concluditur quouis tempore creato volitionem liberam Dei omnino extra statum libertatis esse, & intra statum necessitatis: nec fieri à Deo posse, ne fuerit: id quod multis ex opposito deductis ab illa ex incertitudine reuelatorum, ac subinde fidei, & fidei nostræ, ac Beatorum de sui status perpetuitate, & alia confirmat: si Deus nunc facere absolute potest, ne eas decreta: quæ ex æternitate fuerunt non fuerint, vt prima aiebat solutio: sed incidit solutio hæc in impugnationes factas n. 1. siue, easque difficillimas.*

4. Censeo ergo primam solutionem vltiorem, nec ab ea adeo abscessuram Ruiz nostrum, si tota fuisset luce donata: immò inuenturum doctrinæ veræ parti (quam solum intuitus est, dum eam exhorruit) recte coherere. Pro eius igitur illustriori explicatione obserua indifferenter voluntatis diuinæ potestatem, eiusque exercitium, neque esse neque haberi à Deo in aliqua extrinsecæ duratione: sicut, nec libertas creata eiusve exercitium in extrinsecæ alterius duratione, aut æternitate Dei est, & habetur: est sub extrinsecæ alterius excedentis durationis potestate, v. g. cæliant æternitatis Dei) continetur, atque equali alteri adæquate respondeat: solum ergo duratio, in qua Dei libertas, eiusque in suis liberis actibus exercitium est à Deo habetur, est eius æternitas: quo fuit quouis extrinsecæ omnes durationes, & imaginariæ de fide explere, & de superfluo sui ambire apta actu & sufficienti fit, solaque illarum positione egat, vt de facto & exercite expleat eiusque coexistat, vel potius ipse durationes sua existentia propria egeat, quam à se non habent, vt æternitati diuinæ à se necessario actu & exercite existenti coexistant: ac proinde tempore, quod de facto præcessit, adestque, & succedet æternitas Dei pro cuiusque mensura coexistat, eo tamen eius libertas in actu primo, & secundo neque est, vt dixi neque exercetur: sed sola sua æternitate intrinsecæ Dei, ob cuius, & diuinorum omnium, quæ illa intrinsecæ durant, coexistentiam cum tempore, cuiusque partibus, pro mensura cuiusque propria, quæ necessaria intrinsecæ Deo sunt, in quavis earum mensura, vt necessaria, quæ libera vt libera (quemadmodum fura, vt necessaria, quæ libera vt libera) reuera sunt, & coexistunt: atque ita à nobis esse pro nostris durationibus verbis idiomatis crea-

ti tempus solum significatibus enunciantur. Non, quia ex tempore nostro, quo nec sunt, neque eliciuntur, diuina libertatem habent vel necessitatem ut dixi; sed quia ex correspondentia æternitatis diuinæ, qua durat, suntque, & habentur, & coexistencia temporis nostro, quod diuina ei coexistencia in Deo; cuiusque æternitate habent potestatem nobis in tempore vere enunciarum, à quo tamen illud nequaquam habent.

¶ Hinc tota euangelicæ proposita difficultas num. 1. veritas solutionis primæ clarescit: & quid in secunda nostri Ruiz solutione veri sit quin in postremas difficultates contra ipsam incurrit dignoscitur. Primo enim: si de libertate, vel necessitate voluntatis, & volitionis diuinæ, ut in tempore nostro à Deo habetur, & exercetur sermo sit, erunt propositiones de subiecto non supponere: siquidem à Deo, cuiusque prædictis in tempore nostro, nec libertas, nec necessitas habentur aut exercetur; sed in sua intrinseca æternitate: si vero dicatur, aut rogetur quid nam hoc tempore nostro de diuinæ volitionis libertate, aut necessitate dici debeat, ex eo quod in Dei æternitate, qua sola, & est, & exercetur, temporis coexistat? inde respondendum: cum eadem quippe, vel libertate, vel necessitate, quam in se habet, & intrinseca æternitate sua durat, tempore nostro coexistit, ac respondet: cum autem æternitas tota simul, & indiuisibilis duratio sit, quidquid semel in ea habet tota illa habet, ac simul, semelque necessario habendum ei datur: cum primum illa à Deo, & concipitur, & habetur: siquidem ita tunc concipitur tota æternitate in qua, & ad quam concipitur (ut sic loquar) futura, & duratura volitio: igitur implicat aliquid intrinsece per ipsam, & in ipsa durans aliquo modo durare, quin eodem modo tota illa semper, & in quavis eius coexistencia & correspondentia temporis, & durationi extrinsece duret: quare, sicut ante omne tempus primo (ut sic loquar) concepta à Deo in sua æternitate volitio fuit, ex indifferenti voluntatis suæ potestate, atque adeo libere, eodem etiam modo libere, ex indifferenti eadem voluntatis diuinæ potestate, cuiusque extrinsece durationi respondet, tota æternitate sua procedens perseverat: ac pro priori naturæ non concipi à Deo absolute potens, impositum non concipi ex suppositione quod semel concepta in actu secundo à Deo fuerit.

¶ Ex quo patet: pro quouis tempore nostro, verum ex suppositione esse ita in actu secundo liberam volitionem, & necessariam, ex suppositione quod sit, ut absolute, & in actu primo, & pro tunc, & pro priori, & priori extrinseca duratione potuerit non esse in suæ æternitatis durationis, in qua nulla est nec partium antecessio, nec successio: quare neque ad deliberationem indifferentis potestatis discretio atque determinationis discretio: vnde eadem, & indefinita diuinæ potestatis indifferentia, eademque libera determinatio nunc est, quæ huius, & ex æternitate fuit, & successura æternitate erit: ac subinde, sicut, cum primo (si primum in æternitate licet cogitare) ante omne tempus liberè concepta à Deo volitio est, absolute non concipi potuit, fierique, ut nunc non foret, ita etiam, ut neque ante omne tempus fuerit, fieri à Deo absolute potest: quia eadem indiuisibilis potestatis indifferentia, eademque indiuisibili duratione, qua exercetur, & tunc, & nunc, & æternum semper de præfenti ponitur, ac idiomate & verbis nostris temporis concurrentibus, posita ab æterno fuit: atque in æternum ponitur: quare, sicut in rebus, quæ continentur, & liberè à nobis de præfenti ponuntur in hoc tempore, in quo libertatem nostram habemus, & exercemus, verum est ita à nobis poni, ut absolute non poni possint: & absolute absoluta, necessitate poni, etsi ex suppositione, quod postea sint, necessario necessitate secundum quid, & ex suppositione & consequenti sint; ita, ut non possint non esse: ita in appositione liberæ volitionis diuinæ in sua æternitate, qua tota simul, ac semper præfens duratio est (quantumvis tempora extrinseca, quibus coexistit, varientur, prætereantque, & sit de futuro succedant) & in qua, tanquam in præfenti instanti indiuisibili, & proprio suæ existentia, & exercitii diuinæ voluntatis indifferens potestas per libertatem volitionis elicientiam exercetur: quamdiu æternitas

Christoph. de Ortega, de Deo Pno. Tomas II.

esse intelligitur, & cuius extrinsece durationi, respondeat absoluta libertas concipiendi illam volitionem concipi, atque asseri debet, solaque necessitas secundum quid, & ex suppositione quod concepta sit, & consequens illius indifferentia vltimæ & determinationem in actu secundo per eius volitionis elicientiam.

7. Inde tamen disparent nostri Ruiz fundamenta: Neque enim admittit hæc doctrina dari in Dei voluntate ad præteritum potentia qua tale: nam respectu æternitatis Dei huius indifferentis potestatis voluntatis diuinæ, atque exercitii liberi Dei, in volitionis suæ liberæ, quæ in illa solum æternitate, & est, & exercetur, nec futurum, nec præteritum est, sed solum illud nunc diuinæ æternitatis semper in se indiuisibiliter præfens: quare ex indifferenti potestate necessario concedenda cuius agentis libero pro duratione tota actuali, in qua de præfenti, atque hic, & nunc suæ durationis liberæ operatur, inferitur dandam liberè volenti Deo esse potestatem indifferentem pro toto suo nunc, & semper actuali præfenti æternitatis suæ, in qua solum libera vult ac volitione libera voluntatis suæ liberam potestatem exercet: in eo verò nunc æternitatis præteritum nunquam est; neque quoad anteriorem volitionis illius durationem, sed solum præfens; etsi respectu durationis extrinsece, & temporis nostri (cui toti coexistit æternitas) & quo loquimur, ac verbis nostris concernimus, & significamus, præcessisse, & vltius processuram diuinam volitionem dicamus, ac proinde de illa tanquam de præterito anteriori ad tempus nostrum loquamur, ast id, nec suum illud nunc semper, & inuariabiliter præfens æternitatis in qua sola tota & liberè est, & à Dei voluntate indifferenti progreditur, nec variat nec præteritum facit re ipsa, nec futurum: quare nec quod eius voluntatis indifferentis æternæ ad volitionis in actu primo in ea sola, & tota æternitate elicientiam, eiusve omissionem, ad præteritum, qua tale, siue ut non fuerit quod fuisse supponitur ad præcessisse chimærica potestas sit: est quippe solum potestas impediendi ne in Deo de præfenti sit, pro priori naturæ, antequam de præfenti (quo solummodo in Deo esse potest) esset, vel potius sit de præfenti: ac proinde ne respectu temporis nostri, & nostro concipiendi modo fuerit.

8. Deceptus igitur nostro concipiendi & significandi more, & modo quo nos in tempore nostro successiuo natura sua operamur tantopere à communi illa sapientissimorum antiquorum, & Recentiorum solutione abhorruit Ruiz: cum enim nos, nostraque omnis potestas in tempore, & finis, & operemur, tanquam in propria, & existentia, & operationis nostræ duratione libertatis nostræ, exercitium dici habitum verè nunc præteritum est, & extitit antequam, neque ab existentia liberæ nostræ potestatis hodierna eius exercitii appositio hesternæ potestatis provenire, sicuti neque ex hesternæ existentia liberæ nostræ potestatis exercitii eius hodierna appositio potest procedere, cum causa omnis physica, nec solum intentionalis, ut operetur actu, & de præfenti, actu, & de præfenti debeat existere, nec satis sit præexistisse solum ad operationis tempus, adhuc immediatè, vel ipsi immediatè succedere, vnde simul duratione causa physica eiusque effectus necessario actu existere, seu coexistere debent; inde transacto tempore, quo primo causæ effectus est, etsi causa, & effectus perseverent, altera conservando, alter vero ab eadem conservatus; tamen neque, ut antequam primo productus, à causa propter posterius tempore existente, & conservante illum, pendere vltatenus potest: quare neque ab ea fieri potest, ut primo fuerit, vel non fuerit: quo sensu causæ, ut nunc existentis ad id, quod anteriori tempore fuit, nulla datur potestas adhuc in actu primo, & pro priori naturæ ad eius effectus anteriorem positionem, sicut ad illum nunc cum causa est, & potest absolute operari de præfenti apponendum; vel de futuro, cum causa tunc etiam erit absoluta potestas in causa illius apponendi (vel etiam non apponendi, si causa libera sit) de præfenti ad sit, cum adest, & de futuro, si tunc adfuerit, reperietur.

I 2 9 Ia

9. In ratione insuper præteritionis anteriori tempore effectus (etiam qui ea duratione non finitur) supponitur ipse effectus tunc in se existens, & extra causas suas; alioqui nullo sensu præteritus seu anterior duratione effectus ille esset, dicere posset, & inde etiam præcisè, etsi in causa nunc existente potestas agendi ex hoc instanti ad antèrius instans (quæ repugnat) daretur, repugnaret potestas faciendi, quod effectus in ea duratione qua præcessit, non præcederet, aut fuisset, esset enim potestas ad coniungendum cum effectus existentia in duratione anteriori, quam eius dicit præteritum, & antecessio, negationem existentia ipsius effectus in duratione eadem: ad quod nulla potentia, nisi chimærica esse potest: ac proinde adhuc dum de præsentis causa libera est, potens nunc liberè alterutrum extremum operari, ex suppositione quod actum operata nunc sit, nequit ipsum nunc etiam omittere: quia eius potestas, etsi ad utrumque diffinitum siue alterutrum pro libito apponendum sit, non tamen ad utrumque coniunctum, & simul. Ex quibus patet in iis solum causis, operationibus, & effectibus, quæ tempore, & successiva, & diuisibili duratione propria, & sunt, & operantur rationem præteriti, siue perfectè siue imperfectè talis dari posse: & ratio duplex impotentia ad hoc, vt quod aliquomodo, siue perfectè, siue imperfectè semel fuit præteritum, præteritum non fuerit: atque item ratio discriminis potentia absolutæ, quam Aristoteles, & Anselmus causæ liberæ ad affectus suos de præteriti, aut futuro liberè edendos concedunt, & ad præteritos negant. Ac demum inde constat in volitione liberæ voluntatis diuinæ, quæ æternitate indiuisibili, totaque simul, tanquam duratione propria, & intrinseca est, durat, atque operatur, nullatenus rationem præteriti reperi, etsi extrinseca successiva duratione, & tempore nostro, qua neque est, nec durat, nec affectus operatur suos tanquam de præteritis & futuris de eis loquamur. Hinc tempore, siue quo, nec de æternis, possumus loqui, vt iudicare, asserere debemus dari in voluntate Dei in actu primo considerata absolutam habendi, & non habendi volitionem, quam de facto habet, vel etiam oppositam, quin ad præteritum detur in Deo potestas, seu ad faciendum, vt id, quod fuerat, non fuerit, vt nostris vocibus decepti, Ruiz noster in Doctoribus primæ solutionis exhorruit, minusque prudenter, & caute admiserunt Gilbertus Porretanus in lib. 1. Boët. de Trinit. quem sequitur Aristodorus. summ. cap. 11. quæst. 6. Alex. 1. part. quæst. 2. i. m. 5. art. 4. Doctores Angli relati, & propugnati à Greg. in 1. d. 42. c. 1. art. 2. Corduba q. 55. questionar. dub. ult. in hac quæst. & simili de præscient. futurorum potentiam in Deo dari posse ad præteritum, vt præteritum non fuerit, quod ex dictis num. 8. & 9. improbabile, atque euidenter, (vt semel in re scholastica sic loquar, falsum esse compertum est: cum autem omnes nostri Ruiz impugnationes emittantur deceptione, quod ex libertate intrinseca voluntatis diuinæ in actu primo pro nostro tempore ad habendam, vel non habendam volitionem liberam inferatur dari in Deo potentiam ad præteritum, siue, vt re ipsa non fuerit in Deo, quod fuisse in se suppositum est, ex dictis euanescent: illaque absurda de diuinæ reuelationis, ac fidei in certitudine, speique nostræ ac Beatorum rationabili hæsitacione. Hæc quippe omnia decretum liberum, cum rei promissa, tum reuelationis in actu secundo ex indifferenti voluntatis diuinæ ad illa concipienda, vel omittenda, & in se posita supponunt: è quorum suppositione, & positione in se, etsi libera, implicat tota æternitate non esse, & necessario necessitate consequenti sunt, quin vt non sint, quæ iam esse supponuntur, & de facto sunt, vlla in Deo vera potestas dari queat: quare & in reuelatis certitudo, atque in promissis tota firmitas in hac nostra doctrina ex parte obiecti consistit.



QVÆSTIO VI.

Libertatis liberarum volitionum Dei formalis constitutio expenditur.

1. **S** T morem Theologorum consuetudini geramus, statim de libertatis huius constituto difficul-
tatem explicare penitus, ac plene definire minime sperantes, hanc quæstionem ingredimur. Neque enim re-
nuitas nostra sapientissimos viros in ea, vel animo collap-
sos, vel hallucinantes, vel lapsos vident, melius ali-
quid de se, nisi per summam velaniam, aut stultitia-
rem sperare valeret: id vnum hac in re præstare potest,
quid in ea dicendum non sit, aliorum vel periculo vel
exemplo edoctos ostendere: non autem quid in ea sit ex-
plicare: ergo in libertate volitionum liberarum Dei con-
stituenda generales duas opinandi classes scholasticæ ha-
ctenus fecerunt: etsi earum vna quæque variis modis, sed
angustioribus classibus Doctorum intra alteram illarum
hac, vel illa via docentium diuidatur: Classis prima eam
libertatem creato aliquo extrinseco complet, ac con-
stituit; ne Deum mutabilem intrinsecè, ac secundum ia-
trinsecum aliter, atque aliter se habendi capaxem, talis
quo ea libere veller, quæ non vult, vel contra, nollet,
quæ vult, vel neutrum è libertate contradictionis velle,
sed vtriusque volitionem pure omitteret. Secunda classis
intrinsecè Dei volitionum libertatem omnino consti-
tuendit: vtramque eo ordine cum hæctenus sub vna-
quaque adiuuentis modis examinandam, proponemus.
2. Alterutra classe tamen (vt dixi) plures gene-
res fuere, successoribus ad anteriorum modos subueni-
entes contra eos difficultates aliquid addentibus, vel alio-
cogitantibus: idcirco pro vnaquaque earum classe ex-
cogitatos modos omnes referre primum statui, vt explicatius,
in quo sub ea modi hæctenus excogitati conueniant,
quove diffideant proposito, cum vniuersum, tum singula-
rim de classe tota iudicium vilius, ac dilucidius fieri
possit: & primo loco de classe constitutivæ libertatem
volitionum diuinarum per extrinsecum: quia ea mihi longe
à vero abire visa semper fuit. Monitos autem lecto-
res velim Ruiz, Arriagam, & alios difficultatem hanc
cum alia de libertate præscientiæ absolute, & mutabilis
confundere; immò in earum libertate designanda pre-
stant esse maiorem; cum tamen in hac nihil difficultatis
esse possit, semel volitionis Dei libertate, (à qua me-
diatè solum, & purè extrinsecè atque ab obiecti libere
voluntate Dei possibili libertate denominatiæ libera Dei
scientia est) nitè, siue per extrinsecum Deo connotata, siue
priorius intrinsecè, iuxta secundam hac in re opi-
nantium classem, constituta; quod monui, ne hic
ab vtriusque libertate, quasi diuersa, argumenta con-
fundantur.

CERTAMEN I.

Extrinsæcæ libertatem volitionis diuinæ
constituentium numerus, &
communiores modi.

1. **C** Oncors horum Doctorum sententia est: libere-
tem diuinæ volitionis per intrinsecum Deo omnino
& adæquate constitui minime posse; ne aliquid Deo in-
trinsecum absolute asseratur defectibile: vt esset in ea
sententia volitio creandi mundum ac singula quibus con-
stat, quæ ita sane in Deo est, vt poterit absolute non
esse: quod si secundum libertatem, & contingenter
essendi, ac non essendi, à qua formaliter libera est libe-
re